



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ  
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temvlentiæ  
Malo, Eivsqve Remediis, Variis Item Scitv Ivcvndissimis,  
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

**Förner, Friedrich**

**Ingolstadii, 1603**

Cap. XI. De prandio & cœna.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45433**

tudinem, tenerioris etatis pueris, ac puellis, in quibus vi-  
gore maximo feruet calor naturalis, semperque exigit, Dial. 4.  
quod coquat ac digerat, ne omnino ventriculus evacue-  
tur. In adultioris vero etatis hominibus omnino est im-  
probanda: obtundit quippe cerebrum, fumis è somno re-  
latis, nondum bene discusis, atq; serenatis, & somno-  
lentos, atq; ad negotia gerenda, tardos ac pigros efficit. LENTACU-  
Hec ille. A qua lege non immerit exemerim illos,  
qui difficiles laborum operas tractant atq; exercent;  
vit agriculturam, vel alia, magnam virium contenti-  
onem exigentia, mechanicorum opifcia.

**Merenda.** Cibus est post meridiem, ante coenam, Quid me-  
ab ipso vsu nomen consecutus: Nam operariis Me- renda.  
renda communiter est propria, vt qui pomeridia-  
nis laboribus Merendam, hoc est dandam aliquam,  
merentur refectionem. Ideoq; tum ipsis tum pueris,  
vientaculum præcipue permititur. **Comeſſationem.** Quid co-  
acomitate dictam purant, quod post coenam, & in- meſatio?  
tempeſta nocte vigilantes, vel etiam stantes, & ne-  
quaquam accumbentes, comiter comeſſarentur  
atq; perpotarent. Hinc apud Liuium Demetrius iam Liu. l. 10.  
coenatus. Quin comeſſatum, inquit, ad fratrem imus: Dec. 1.  
De hoc ipso victus genere superiori libro dictum fa- L. 8. ca. 22.  
tis. ea hic nolumus iterare.

## CAPVT XI.

## De prandio &amp; cœna.

**A**lexander ab Alex. De prandio atq; cœna sic L. 5. Geni-  
scriptū reliquit. Apud priscos seruatū est, vt pran- al. cap. 21.  
dia in vnu non essent, sed qua hora cœna apparabatur,  
eaprandium fieret, quod tempus nona esse consuevit,  
sepe octaua. ante medium vero diem pranum fuisse,  
vel

vel antelucanam cœnam fecisse, criminis dabatur. Indi horam prandij aut cœnæ non nouerunt, sed ut cuique libet, comedebantur. Aethiopū mos erat, ut vnicō cibo contenti, diebus singulis alerent, non saginarent corpus. Persis in meridie semel tantum vesci consuetudo. Fuere ergo quidam ea in opinione, veteres prandere nunquam solitos, sed cœnare tantum; cui ut sententia meum quoque suffragium elargirer, adduci fortassis, haud ex grā potuisse, ni tot viciissim antiquitatis testimonia in contrarium suppeterent. vñica hīc contentus ero Macrobij, plures accedent postea, autoritate

*Lib. 7. Sa. cap. 17.* Inter leges, inquit, de cœnis, & sumptibus imperatum turnalium est, ut patentibus ianuis pransitaretur, & cœnaretur. Non iam commemorabo antiquissimos Medicorum coriphæos, Galenum & Hippocratem, qui prandia legibus quibusdam certis desinierunt. quamobrem res hæc nullam admittit dubitationem.

Illa modò se nobis quæstio discutienda dat, Vt rū expeditat semel de die comedere, id est aut prandere aut cœnare, vel vtrumque corporis refectioni permittere.

Plato sanè, prandendi consuetudinem grauerit in epist. ad vituperat. Sic enim ait. Quòd cùm peruenissem, nullo propinq. modo probare potui vitam illam, quam vocarent itali. Dionys. carum & Syracusanarum delitarum; nempe, qui bis in L. 5. Tus. dies saturi fierent. Nec dissimili affectu Cicero represent. quæst. hendit luxuriosam illam vitam, Bis homines fieri saturos, quæ incontinentia, nec animo, nec corpori, nec vultudini confert, quin imò maximè aduersatur. En ergo Platonem cum Cicerone, bis in die, reficiendi corporis ritum improbantes.

Prandendum verò interdiu, & cœnandum eque, volunt multò plures, ij deniq; non minus graues autores

thores. Sufficiathic vn<sup>o</sup> Medicorum Princeps Hippocrates; nec enim, quæ medicorum Officinas o- 2. de vi-  
len, hic ex professo venamur, sed tantum precari, & suratio-  
ne. ab ipsis mutuata, usurpamus.

Atque ille geminam diei refactionem, vni ac sim-  
plici, præferens, sic ait. semel de die comedere, emaciatur, Bina de  
siccatur, aluum reddit duriorem: Prandere verò & cœna-  
re, moderatius vtrinque, non sic. Vnde suadenda poti-  
us bina comedatio, quām vna; nam hæc præter recentia-  
tis ab Hippocrate damna, vel illa carere non potest  
noxa, quod interposito viginti horarum interuallo, affuenti-  
ventre tūm famelico & exhausto plerūque, ex illa v-  
nica cœna, maior repletio fit, ac valde noxia, quam si  
bipertitis vicibus, & horis suis, & pransitatum fuis-  
set, & cœnatum, vnde minus propterea venter gra-  
uaretur, ac vires promptius reparatæ, augescerent.  
Addo tamen & hoc; nonnunquam interpolari non  
malè diem vnum, quo semel tantum cibo te refici-  
as: Id enim ad stomachi cruditates absumentas;  
tum ad noxios humores afferendos, plurimum af-  
feret momenti.

## CAPVT XII.

*Exercitationes corporis, prandio atque cœnae Sani-  
tatis emolumento quām maximo præmitti.*

**S**entiunt plerique hominum, corpus à cibo sum-  
pto mouendum esse; ita enim fore putant, vt is  
melius confidat in stomacho, & excitato calore, fa- Non exer-  
cilius concoquatur. Quæ persuasio, si plerisque medi- citandum  
cis habenda fides, haud meo solūm iudicio, non mi- corpus im-  
nus pernicioса est; quām erronea petuose,

Nam motus, replete stomacho vehementior, ali- statim à re-  
mentum ingestum traiicit, & expellit, non sifist; re- fectione,  
laxat quippe Orificium ventriculi inferius, atque ita non